

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Gebri Arabis Chimia

Geber

Lugduni Batavorum, 1668

De materia perficiente. Cap. XL

[urn:nbn:de:bsz:31-95581](#)

De materia perficiente.

C A P. X L.

Consideratio vero rei quæ ultimo perficit, est consideratio electionis puræ substantiæ Argenti vivi: & est materia quæ ex materia illius assumpsit originem, & ex illa creata est. Non est autem ista materia Argentum vivum in natura sua, nec in tota sui substantia: sed est pars illius. Non est autem nunc, sed cum lapis noster factus est pars illius: ipse enim illustrat & à combustione & fuga conservat, quod perfectio-
nis significatio est.

De Examinibus.

C A P. X L I.

Consideratio vero rei ex qua cognoscitur utrum magisterium in perfectione sit, vel non, est consideratio examinationis cinericii, cementi, ignitionis, expositionis super vapores acutorum, extinctionis, commixtionis sulphuris adurentis corpora, reductionis post calcinationem, & suscep-
tionis facilis argenti vivi. Hæc autem omnia expedit narrare cum causis suis, & cum experientiis facilibus: quibus poteris manifeste cognoscere, sermones non errasse nostros. Et hæc experimenta erunt tibi